und arbeiten sere
aldurch die godes ere,
daz foret en die sele
zuo sante Mychele.
in den selben stunden,
do die lude begunden
alsus ze gode streben,
do begunde ein konig leben u. s. w.

als fingerzeig für denjenigen der etwa eine zweite hs. dieser arbeit Ottos auffindet mag diese probe genügen; eine weitere vergleichung mit Rudolfs gedicht gehört nicht hierher. nur dies verdient hier noch bemerkt zu werden, daſs die im zehnten kapitel des lat. buches erzählte fabel von dem vogelsteller (Bon. fab. 92, vergl. Ellis rom. 1, 139) von Otto übersetzt ist, bei Rudolf aber, man begreift nicht warum, fehlt.' —

Stuttgart, 10 merz 1842. FRANZ PFEIFFER.

BURIDAN UND DIE KÖNIGIN VON FRANKREICH.

De Buridano et Noverra historia Johannis Jencz incipit feliciter.

Buridanus, nacione Picardus, perspicacis vir ingenii, dum in alma universitate Parisiensi degeret in collegio Naverre, quod omnium collegiorum ibidem est maximum, quamvis varios libros composuerat celeraque preclara facinora sequentibus posterisque ad sui sempiternam memoriam statuendam reliquit, tunc aliis suis preclaris factis dimissis solum unum memorie tradere visum est, qualiter nephandam mulieris libidinis cedem stultorumque adolescentum ac amatorum miserandam cladem et oppressionem mira calliditate prohibuerit. nam quodam tempore ad Buridani aures loquax fama rumorque pervenit de regina Francie Navarra nomine, qualiter plerosque adolescentes Parisiensis universitatis studentes successive ad se iusserat

2. pariensi regeret 4. *l.* composuerit 5. ad suis sempiternum 6. *l.* reliquerit *l.* tamen *II.* 8. *vielleicht* muliebris

accersiri, quorum nullus ab ea reverti visus est. Buridanus vero erat vir magna preditus solertia. ex regine palatii situ, quod super aquam Secanam iacet, studentum perdicionis causam apud se recte rimatus est. ut ergo ulteriorem miserorum amancium submersionem impedire posset, ad hoc opportuno vestimentorum ornatu regine curiam lusum ingreditur. dum autem scophi ludo pluribus secum vario cursu laborantibus certaret, ipse cunctis celerior cunctisque agilior et in corporis multiplici flexibilitate cunctis expeditior visus. regina vero Navarra de pallacio versus eandem curiam ad ambitum egressa Buridani celeritatem miratur, totiusque ludi iocunda celebritas non tantum quantum solius Buridani gracile corpus eiusque veloces saltus reginam delectare videbantur. nullum autem maius solacium Navarra in regis mariti sui absencia posse habere credidit ut quanto citius velocis saltatoris potiretur amplexibus. nam qui corea veloces sunt, eciam in amoreis amasiis expediciores esse creduntur. nec fit mora. misso nunccio Buridanus vocatur ad regine pallacium. quo veniente, stratis per cuncta sedilia tapetibus atque celatis vasis multo auro argentoque fulgentibus per mense ambitum pro cena ducenda ordine locatis, optatus amator gaudenter suscipitur. cena vero vario cibi potusque apparatu, multiplici sermone, diverso ioco citharis resonantibus in multam noctem splendide ac solenniter deducitur. dum vero longe dulcis Bachi indulti blanda Venus utriusque amantis corpore surripere visa est, innumeris osculis ultro citroque datis sei'cia sacra ingredi moliuntur. sed ubi Naverra talibus gaudiis trium dierum atque noctium spacio perusa fuisset atque libidinis ardore minuto et communis insanie crescente, ne eius scelere patefacto publicum sibi scandalum atque dedecus oriretur, femineo fraudis vero expers Buridano, ut plerisque dudum consueverat, necis horam hiis verbis nunciavit, 'non te

16. *l.* quam ut 18. *vielleicht* in amore ceteris amasiis *H.* 20. tapedibus 21. selatis 26. 27. *l.* indultu — corpori surrepere *H.* 28. ultro *vielleicht* e'icie *d. i.* Erycinae *L.* secretiora? *H.* 29. molliuntur 31. *l.* et communi insania decrescente 32. puplicum 33. *l.* feminee

conturbet, mi amator, quod post talia gaudia ultimum spiritum reddere debeas. nam tu non solus hanc viam iturus es. sunt etenim nonaginta novem iuniores te adolescentes, qui post meos amplexus Secane fluctus non potuerunt evadere. non igitur te conturbet, si post dulcia experieris amara.' Buridanus vero huiusce malicie non ignarus iam dudum per suos discipulos navim foeno onustam disposuerat, que geometrica altitudine ad foramen illud, quo Buridanus de regine pallacio ad Secanam precipitandus esset, poterat attingere. tali itaque auxilio fretus ad regine minas lete ac hilariter hiis verbis respondisse, 'o serenissima domina, o mea flamma, o meus amor, tuus roseus aspectus, tuus dulcissimus amplexus, tuum tenerum corpus meum animum tam ardenti cupiditate, tam firmissimis kathenis sibi ad perpetuam dilectionem colligavit ut nulla mors tam aspera tamque dura esse possit quin eam tui amoris causa libentissime subire paratus sim. ymmo si vivus a te separari debeam, nullam futuram vitam scio michi amplius fore iocundam. ut ergo in tuo amore gaudenter mori valeam, de triplici prece, inclitissima domina, me securum digneris efficere: pro quibus tuis preclaris beneficiis in altero seculo incessabilem amorem eternis obsequiis velim rependere.' regina autem, quamvis crudelem sibi cepisset animum, Buridani tum verbis mitigata ita respondit, 'o dulcissime amator, ex mille amatorum numero nullus unquam tam amasium tamque fidele cor michi habere visus, nullus unquam tibi similis repertus est. ea de causa quicquid postulabis vita excepta impetrabis, si saltem michi quoquo modo possibile fuerit retribuere.' ad hec Buridanus, 'o clementissima domina, ut meum corpus, ymmo non meum sed tuum, quo tu perusa es, si unquam in ripis Secane repertum fuerit, honorifice sepulture constitui possit vigiliarum atque missarum celebracionibus pro anima tuo amore sauciata consequentibus, quatenus pecuniam ad hec necessariam sub brachio michi alligare velis primam oracionem offero devotissime.' ad hanc peticionem regina magnum auri sacculum eius camisie assuisse asseritur. secundo petit ut auream cathe-

5. expereris 10. *vielleicht* fretus fertur 16. süm 24. tum] *l.* tamen *H.*

nam quam regina in collo gestabat sue cervici velit ponere, ut torques ipsa in futuro seculo Buridani anime appensa velut memoriale quoddam ipsum in pristinos Naverre amplexus posset reducere. qua impetrata nec tertiam sibi regina peticionem recusare potuit, dum orat ut ante omnia dextram manum liberam habere posset. qua per foramen inclinatus aque Secane benedixit, ne quis sibi malignus spiritus nocendi vim quousque modo habeat. dum sic terna vive expressa mediocre voce aquam benedixit in nomine patris et filii et spiritus sancti, sui discipuli navim predictam foramini appropinquanti eius dextram firmiter arripuerunt. dum regina ipsa tradit, ipsi trahunt atque ingens saxum aquam iniciunt, itaque magnus sonus in aqua auditus regine satis faceret affectibus. hoc cum non contenta adhuc maiorem desuper lapidem misit proiicere, ut, si vellet surgere Buridanus, non posset. sed fideles discipuli iocunda magistri liberacione vigilantissime potiti dulci quieti eorum trahunt corpora. postera vero die Buridanus in summa secretorum suorum e gratitudine discipulorum non levium personarum more scelus regine revelare, sed subtili quadam versucia patefacere in dubiam suspicionem ponere curavit. nam emptis ferme omnibus aviculis que in pontibus Pariseus haberentur, scripsit hec verba, 'reginam Naverram interficere nolite timere quia bonum si quis consenserit ego non contradico.' hiis verbis rotulis inscriptis et collo avium assutis et alligatis omnes volare dimisit. quas iterum auceps una cum rotulis cepissent atque doctoribus magistris ceterisque universitatis suppositis verba rotularum ostendissent, quisque legencium se dubitare asserebat utrum dicta verba reginam interimendam an interfectionem eius metuendam affirmarent. cum dubia de rotulis avium fama vago rumore vario per omnem non modo universitatem, sed et civitatem Parisiensem volutaret, illud quod diu erat in dubio factum est in ore omnium fere

1. *l.* imponere *H.* 11. *l.* appropinquantes 13. *l.* in aquam itaque] ita ut *H.* 14. hoc autem non contenta? *H.* 18. *l.* tradunt *H.* 19. *l.* suorum congratulatione *H.* 21. *l.* patefacere et 22. empti 23. *l.* Parisiis 27. *l.* quas cum iterum aucupes 33. *l.* volitaret

populo, quod Buridanus debeat ille fuisse qui predicta scripserat. de quorum verborum intellectu et construccione interrogatus dicitur respondisse 'lucide scriptum est, ut quisque acciperet prout suo liberet arbitrio.' Hec Buridani solercia ex communi fama cepi Pariseus et presertim a quodam centenario qui senio confectus adhuc vivebat anno domini 1460. is dicebat se dum adhuc adolescens esset Buridanum matura etate iam vidisse. in ecclesia vero, ubi sepultus est Buridanus, ut fecerunt Picardi studentes, de predicta pecunia usque in hodiernum diem perpetuum censum fecisse narratur pauperibus. itaque omni die Veneris unus albus francigenus, qui quatuor valet denarios, cuilibet venienti pauperi pro eius anima in elemosinam datur. regine vero Francie Naverre meretricis silencio populi obliteratus nichil reliquit aliud unquam in collegio Naverre pro predicto scelere perpetuus census quibusdam studentibus regina institueret, qui horas canonicas pro ea in evum decantare astricti sunt. hec et tanta de Buridano ad postulacionem commendabilis bonarum arcium sectatoris magistri Petri de Gotingen ex vago rumore in unum colligere conatus sum alma in universitate Lipczensi anno domini M°4°7° quorum Buridani et regine anime requiescant in pace. amen.

1. populo] propalam? 5. *l.* Parisiis 13. quilibet 15. *in der hs.* met'eo. *man könnte das ganze ungefähr so lesen,* regine vero Francie Naverre memoria silencio populi obliterata nichil reliquit aliud quam quod in collegio Naverre pro predicto scelere perpetuos census quibusdam studentibus regina institueret *u. s. w.*

Die obige in einem gemisch von classischem und mittelalterlichem latein abgefaſste erzählung des Nicol. Jentsch habe ich aus einem noch nicht consignierten papiercodex der Leipziger universitätsbibliothek, in quart, der von einer nachläſsigen hand gegen ende des 15*n jh. geschrieben ist. wider vermuten fand ich, als ich in Bayles dictionnaire hist. et crit.* (*Amst.* 1740) *den artikel* Buridan *nachschlug, daſs nach note* a *höchst wahrscheinlich dieselbe erzählung noch anderwärts, nämlich in einer hs. des klosters Seitenstetten in Oberöstreich vorhanden ist. in der note heiſst es* 'ce fait étoit d'une notoriété bien publique, du moins dans les païs

étrangers, puis que dans la Saxe — un maître ez arts de l'université de Leipsic composa en 1471 un petit ouvrage sous le titre de commentariolus historicus de adolescentulis per Biridanum natione Piccardum ab illicitis cuiusdam reginae Franciae amoribus retractis. M. Krause qui pag. 186 de son journal litéraire aleman imprimé in 8° à Leipsic en 1715 parle de cette pièce comme étant un manuscrit de la bibliothèque du monastère de Seitenstadt dans la haute Autriche, devroit bien, soit dit en passant, en procurer l'impression.' *bei der berufung auf J. G. Krause mufs eine irrung vorgefallen sein, denn trotz allen nachsuchungen habe ich weder in den von ihm redigierten neuen zeitungen von gelehrten sachen noch in seinem büchersale das citat auffinden können.*

Nicol. Jentsch nennt in seiner erzählung die königin schlechthin Naverra; aus andern nachrichten erfahren wir dafs die sage damit die königin Johanna von Navarra († 1304), *die gemahlin königs Philipp des 4n meinte. das älteste zeugnis dafür scheint das des Robertus Gaguinus* († 1501) *zu sein, der in seinem* Compendium super Francorum gestis, *Paris* 1504 *fol. im 7n buche bl.* 70 [ab] *sagt,* Fuerunt quoque insignibus feminis sua fata, nam uxores filiorum Philippi tres adulterii insimulatae sunt, *und bald darauf* ob hanc impudicitiam insignium mulierum natam fabulam reor, quae de Joanna Philippi pulchri uxore a rerum imperitis memorari solet, eam videlicet aliquot scholasticorum concubitu usam eosque ne pateret scelus, protenus extinxisse et in Sequanam amnem de cubiculi sui fenestra abiecisse; sed unum tantum Buridanum eo periculo forte liberatum et propterea sophisma ab eo editum esse 'reginam interficere nolite timere bonum est.' fuit siquidem Buridanus Joanna posterior *u. s. w. Gaguinus selbst hält demnach das gerücht nicht für wahr; nach seiner vermutung wäre zu dessen entstehung der umstand veranlafsung gewesen dafs die drei gemahlinnen der söhne Philipps des 4n, Margaretha Johanna und Blanca, des ehebruchs angeklagt und die erste und dritte als schuldig befunden von ihren männern verstofsen wurden (vergl. E. A. Schmidt gesch. v. Frankreich, Hamb.* 1835. 1,723). *es haben auch andere, wie J. Launoy in seiner* Regii Na-

varrae gymnasii historia, *Paris* 1677. 1, 14. 15, *die gehaltlosigkeit dieses gerüchts zu zeigen versucht, indem sie darzuthun sich bemühten dafs Buridanus viel zu spät nach der königin Johanna gelebt habe. allein sie bringen kein entscheidendes zeugnis bei. nach dem verfafser des artikels* Buridan *in der biographie universelle (Noël) soll Buridan im j.* 1358 *sein nach ihm benanntes haus der picardischen nation vermacht haben und man schliefst daraus dafs Buridan vielleicht auch in demselben jahre gestorben sei. demzufolge könnte Buridan wohl ein zeitgenofse der Johanna gewesen sein. glauben wir mehr der relation des Nicol. Jentsch, nach welcher der hundertjährige greis, der ihm* 1460 *in Paris die geschichte erzählte, den Buridan in seiner jugend noch gekannt haben will, so mufs dann Buridan noch über das jahr* 1370 *hinaus gelebt haben. dies erhält dadurch einige wahrscheinlichkeit dafs ihn Marsilius ab Inghen* († 1396) *in seiner* Oratio dictiones clausulas et elegantias oratorias complectens, *Heidelb.* 1499. 4. *als zeitgenofsen von sich aufführt. wie dem auch sei, so ist gewiss die königin Johanna bei dieser geschichte ganz unbetheiligt; es bestand, wie wir gleich sehen werden, eine ältere an der universität Paris haftende sage, die sich später an Johanna von Navarra aus keinem andern als dem grunde anlehnte weil diese kurz vor ihrem tode im j.* 1304 *das collegium von Navarra stiftete (vergl. darüber Launoy a. a. o.). Nicolaus Jentsch hat zugleich mit der sage noch einiges von dieser stiftung, aber in grofser entstellung, erfahren.*

Die sage ist, wie ich bemerkte, älter. wir haben ein von Martin Schlecht oder Schleich in des Späten ton verfertigtes gedicht, welches die herausgeber des wunderhorns 2, 237 *vielfach verändert zuerst bekannt machten. in echterer gestalt findet es sich in Görres meisterliedern s.* 195 *und nach einem fliegenden blatte aus dem anfang des* 16*n jh. in Ph. Max Körners histor. volksliedern, Stuttg.* 1840. 8. *s.* 201, *womit der text in dem Frankfurter grofsen liederbuche (v. j.* 1599. 8.), *n°* 226, *im ganzen übereinstimmt. dieses gedicht hat ganz dieselbe sage zum gegenstande; in ihm tritt aber Albertus Magnus an die stelle des späteren Buridanus. aufserdem dafs in diesem gedichte die sage sich*

in einfächerer gestalt erhalten hat (die zahl der von der königin umgebrachten ist z. b. nicht 99, *sondern nur* 9) *wird auch nur einer königin von Frankreich, nicht von Navarra gedacht, die, nachdem es ihr mit Albertus M. misslungen, auf seine ermahnungen in ein kloster geht, in dem sie noch* 18 *jahre in reue und leid zubringt. Albertus M. (geb.* 1205) *befand sich um das j.* 1230 *in Paris; nach dem alten liede müste es dann Blanca von Castilien* († 1252), *witwe Ludwigs des 8n, sein mit welcher er verbotenen umgangs pflog. dafs die ältere sage diese Blanca auch meinte geht aus einem späteren zeugnisse hervor. der dichter Johannes Secundus machte im jahre* 1532 *eine reise nach Frankreich; in Paris sah er das an der Seine gelegene schlofs von welchem herab nach der sage die königin Alba ihre liebhaber durchs fenster in den flufs gestürzt haben sollte; er hat darauf das folgende gedicht gemacht (opp. LB.* 1651. 12. *s.* 119 *und s.* 276).

In arcem reginae Albae Parisiis.

Cernite flaventes ubi volvit Sequana lymphas
    Semirutam, fertur quam coluisse prius
Effera funestae regina libidinis, arcem,
    Nunc ultore mali ut tempore sola iacet
Et quassata undis ventis habitatur et imbri,
    Multa ubi ferales nocte querantur aves,
Cypris ubi mitis flammas exosa cruentas
    Chaonias sedem ponere nolit aves,
Qua strix, qua Furiae volitent et plurima fatum
    Exululet raucis questibus umbra suum.
Sic domus aeternum numerosae conscia caedis
    Impia lascivae facta luit dominae.
Labuntur lentis et condemnata ruinis
    Implorant hominum pendula saxa manus.
Implorant frustra: stant haec rata lege severa,
    Instauratricem ne ferat ullus opem,
Aut subeat gladios pretium pietatis iniquae
    Et quis adhuc ausit facta nefanda sequi.
En etiam saxis mortem censura minatur
    Longaque post cineres stant monimenta mali.

man sieht wohl leicht dafs Alba *der latinisierte name ist für*

Blanca. *wenn die geschichte auch nichts erwähnt was unserer sage historische wahrscheinlichkeit verleihen könnte, so hat sie doch mehreres über Blanca von Castilien überliefert was die keuschheit dieser königin stark verdächtigt (vergl. Bayle dict. u. d. artikel* Castille *und Schmidt a. a. o. s.* 487).

Der alte französische dichter François Corbeuil dit Villon gedenkt der sage in seiner ballade des dames du temps jadis (*Recueil des plus belles pièces des poètes François — par Barbazan. Paris* 1692. 12. 1, 11) *mit folgenden worten,*

Semblablement où est la reyne,
Qui commende que Buridan
Fust jetté en ung sac en Seine?

und, wahrscheinlich nach dem deutschen liede, Eyering, proverbiorum copia 1, 4,

Dann als der Albertus Magnus
Nicht (wie andre) so tröstlich was,
Verricht er doch der königin mort
Aus Franckreich durch die vöglein zart,
Den er die zettelin in mund
Dergestalt in jhr schneblin bund,
Das wo sie sich satzten zu essen
Der zettelin im mund vergessen
Sie fallen liessen zu der fahrt,
Dardurch jhr mort verrahten ward,
Vnd in jhrn reich vnd gantzen landt
Ein mörderin alldo genandt,
Die neun studenten bracht umbs leben,
Gott wol jhr solche sünd vergeben.

Der durch den abschreiber sehr verunstaltete text der erzählung von Nicol. Jentsch bedarf noch der verbeſserung, die sich mit hilfe einer zweiten hs. leicht ergeben würde; durch freundliche beihilfe des herausgebers dieser zeitschrift, dem ich das ms. vorher mittheilte, sind indessen mehrere stellen lesbar gemacht worden deren herstellung mir nicht hatte gelingen wollen. — scophi ludus *s.* 363, 7 *ist ballspiel; Ducange gibt wohl unrichtig* scopha *pila, Gallice pale, für* scophus.

HERM. LEYSER.